

relam tamen partibus hanc fradit : si hypothecarius unus Possessionem habens rem vendat, neque rem concurrentes cæteros vindicare posse, quia bona fide & justo titulo emerit tertius, *arg. l. 12. §. Papinianus respondit 5. D. qui pot. in pign. neq; pecuniam petere, quia venditor suum recepit.* Sed hoc Bartoli consilium refutant *H. Pistor. l. 3. q. 20. nu. 20. Berlich. p. 1. concl. 49. n. 24.* certè & rem videntur vindicare posse, actione hypothecaria, (quia in *d. §. 3.* alius casus est, ubi primus possessionem habens, quia indubiè primus est, vendit & residuum ultra suum creditum restituit secundo) & condicere à venditore, quod plus accepit (*arg. Carpz. p. 1. c. 25. d. 180.* quòd priores hypothecarii solutum posterioribus juret repetere possint) ultra suam ratam, quia pares sunt.

IX.

*Liberum Judicis arbitrium* admittunt, qui introducunt *casus pro amico*, seu tam dubios, ut liceat in iis alterutri parti gratificari. Quod putat *Igneus d. l. n. 40. Joh. Bapt. Asin. in l. ult. D. de religios. & sumt. fun. Tiraquell. tr. de Jur. Primog. q. 17. opin. 2. n. 5. Claud. Marmer. in l. naturaliter §. nihil commune. n. 92. D. de acquir. poss. Fr. de Marchis l. c. q. 1148. n. 1.* qui dicit in talib. optimum esse Judicem habere amicum & favorabilem) *Matth. de Afflict. decis. 385. & 422. nu. 15. Bachov. ad Tr. p. 1. disp. 1. th. 1. lit. B.* Amicitia causa posse judicem mitigare poenam putat *Tiraquell. tr. de poen. tempor. caus. 16. & Joh. Althus. in Dicaol. lib. 1. c. 99. n. 66. Theophrastus* quoque, & ex *Gellius l. 3.* in amici causa capitis famæ, aut summæ fortunarum, licere declinare de via, utq; magna æris lamina parvâ argenti pretiosior sit, ita magnæ necessitatis causa honestatem parumper relinquere posse. Sed *casus pro amico* refutant *Bald. consil. 420. col. 2. v. sed si pari modo. Navarr. in cap. si quis autem n. 130. de poenitent. dist. 7. Menoch. remed. retin. poss.*

B

3. nu.